

ad quam Illustrissimus Dominus noster supplicem libellum remisit, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, ac attentata relatione Eminentissimi Domini Cardinalis Firrao præfati Ordinis apud S. Sedem Protectoris, Oratorum precibus benigne indulgit, quatenus Vicarii Generales pro tempore, qui extra Capitulum ad dictum munus in vim statutorum Congregationis subintraverint, eisdem privilegiis, & exemptionibus, quibus electi in Capitulo fruuntur, in posterum fruantur, & gaudeant. Romæ 22. Februarii 1737. Franciscus Cardinalis Barberinus L. Archiepiscopus . . . Sec. Loco * Sigilli.

Confirmatur a Pontifice.

§.4. Cum autem sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, a Pontifice Confirmationis nostræ patrocinio communitur summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinanti, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Sicque servandum statuitur.

§.5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis huiusmodi & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Martii 1737. Pont. Nostri Anno Septimo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Martii 1737. Pont. Nostri Anno Septimo.

Confirmantur duo Decreta edita in Conventu Generali Congregationis Missionis ad tollenda dubia, quæ suboriri possent super intelligentia Constitutionum ejusdem Congregationis.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

EX inuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere illa, quæ pro felici directione, & tranquillitate Congregationum Virorum Ecclesiasticorum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutarum, ac uberes bonorum operum fructus studiosa charitate jugiter proferentium, prudenter, provideque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque illibata persistant, Apostolici muniminis patrocinio libenter roboramus.

Proemium.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Contii Superior Generalis Congregationis Missionis, quod in novissimo Conventu Generali ipsius Congregationis anno proxime præterito in Civitate Parisiensi habito bina decreta pro dirimendis, tollendisque aliquot dubiis, quæ super intelligentia, seu interpretatione, nonnullorum Articulorum Constitutionum ejusdem Congregationis auctoritate Apostolica confirmatarum progressu temporis facile suboriri potuissent, edita fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

In Conventu Parisiensi duo edita Decreta.

§.2. In Conventu generali Congregationis Missionis, qui mense Martio an. 1726. Parisiensi celebratus est, mota est de numero suffragiorum necessario, ut mediani partem excederent, controversia. Cum enim Electores essent numero impares, dubitabatur, utrum maior pars censenda esset media parte superior; Re itaque mature expensa, auditisque singulorum sententiis definitum Conventus, ex triginta quinque Electorum, quibus constabat, suffragiis novendecim requiri, ut Assistentium, & Admonitoris valeret præfens electio, eo scilicet nixu fundamento, quod talis sit numeri imparis ratio, ut in duas partes, inæquales divisi major pars non superet medietatem, sed sit tantum major medietas. Si vero per Compromissarios res dirimenda foret, eorum major pars sufficeret ad electionis, vim, & firmitatem. Cumque eadem difficultas in posterum occurrere possit, quoties scilicet numerus suffragantium est impar, & plura medietate requiruntur suffragia, statutum est præfens Decretum Sanctæ Sedi Apostolicæ esse exhibendum, ut ejus auctoritate confirmetur, idemque in posterum servata numeri proportionem fiat, quod, nunc actum est.

Quomodo intelligenda sit major pars suffragiorum super medietatem.

§.3. Quoniam Constitutionibus a Summo Pontifice confirmatis sancitum est de functo Superiore Generali ejus esse, quem ipse in Vicarium Generalem nominaverit, vel Primi Assistentis, si Vicarius nominatus non fuerit, aut officio suo fungi non possit, Congregationem regere usque ad electionem Superioris Generalis, nullusque

Motto Superiore Generale, Vicario autem Generale legitime impedito cuius sit, Congregationem regere.

que assignatur modus judicandi de qualitate, & diuturnitate impedimenti, quo Vicarius Generalis detinetur, censuit Conventus solvendam difficultatem, ut sequitur, quod si contingeret illum, qui in scheda manu propria defuncti Superioris scripta, nominatus est Vicarius Generalis e vita decessisse, aut gravi morbo detineri, aliove modo impediri, quo minus intra unam, aut alteram hebdomadam suo officio, ut par est, vacare possit, de quo morbo, aut impedimento Assistentes cum Sacerdotibus ejus Domus, ubi sunt Arcule, modo in Congregatione post emissa vota sexennium exegerint, ad plura suffragia eodem obitus die, & quamprimum fieri poterit judicabunt, ita tamen, ut in ea deliberatione primus Assistentis non sit præfens, tunc primum Assistentem Superioris Generalis admittent tanquam Vicarium Generalem tenebuntur, ita ut Vicarius Generalis nominatus, sed impeditus, etiam postea convalescat, aut ab absentia, alteriusve generis impedimento liber fiat, nullum amplius Jus habeat ad regendam Congregationem, cumque præfens Decretum maxime sit momenti ad tuendam domesticam tranquillitatem, & ad longe removenda quælibet dissidia ad Sanctam Sedem Apostolicam deferretur, ut illi vis, ac fermitas inconcussa addatur.

Petitæ super his Apostolicæ confirmationis.

§.4. Cum autem, sicut eadem expeditio subiungebat, ipse Joannes Superior generalis Decreta huiusmodi, quo firmius subsistat, ac serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ prædictis communitur, & alias opportune in præmissis a Nobis provideri summopere desideret.

Conceditur Clemens.

§.5. Nos prædictis Joannem Superiorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinanti, Decreta præinserta cum in eis contentis auctoritate præfata tenore præfentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interveniri, seu intervenisse dici, censeri, vel prætendi possent, supplement, & sanamus.

Assistenti etiam Generali admisso tanquam Vicario Generali, omnes elargitur facultates, quæ Vicario Generali competunt.

§.6. Præterea, quod præfatus Assistentis pro tempore admittitur, tanquam Vicarius Generalis dictæ Congregationis modo superius enunciato gaudeat, ac potiatur eisdem facultatibus, quas se. re. Clemens Papa XI. Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die 9. Septembris 1704. expeditas literas pro tempore itidem existentis Vicario Generali, sive nominato a Superiore generali sive electo in Conventu Generali Congregationis prædictæ tribuit, Bull. Rom. Tom. XIV.

auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Sicque ubique servari, ac deinceps præcipi.

§.7. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab iis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, illisque respective plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Tollit contraria.

§.8. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Congregationis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Martii 1737. Pont. nostri Anno Septimo.

Dat. die 26. Martii 1737. An. VII.

CXC.VI.

Indulgentia Plenaria iis, qui aliquam ex Ecclesiis Clericorum Regularium Barnabitarum visitaverint die festo S. Francisci Saleffi.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias se. re. Benedictus PP. XIII. Prædecessor Noster, omnibus, & singulis Clericis, Regularibus Congregationis S. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione resectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictæ Congregationis ubicumque existen, die festo S. Francisci Saleffi a primis Vesperis usque ad occasum solis diei huiusmodi singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessit, prout in literis in simili forma Brevis die 7. Aprilis 1728. Pontificatus Sui Anno Quarto desuper expeditis, plenius continetur.

Indulgentiam de qua in Rubrica concessit Benedictus XIII. Clericis Regularibus Barnabitis.

§.2. Nunc autem Nos ad augen. fidelium

1737. Eandem extendit Clemens ad omnes Christianos.

lium religionem, & animarum salutem celestibus Ecclesiis thesauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, nec non supplicationibus dilecti filii Joannis Baptistæ Gropallo Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem a memorato Benedicto Prædecessore concessam, ut petitur, ad omnes utriusque sexus Christianos, qui vere similiter poenitentes, & confessi, ac Sacra Communionem refecti aliquam ex Ecclesiis Congregationis hujusmodi die Festo Sancti Francisci Saleii a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ubique, ut petitur, oraverint, eandem plenariam Indulgentiam, & remissionem consequantur auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo extendimus, & ampliamus. In contrarium facien, non obstant, quibuscumque.

Transumptis eadem addit.

§.3. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Procuratoris Generalis dictæ Congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 28. Martii 1737. An.VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Martii 1737. Pont. Nostri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

CXCVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo Monasterium Sanctæ Mariæ Sagittarii Ordinis Cisterciensis unitum declaratur Provinciæ Thuscæ ejusdem Ordinis.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum Congregationis, de quo in Rubrica.

§.1. Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiorum, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum in causa dimembrationis Monasterii Sanctæ Mariæ Sagittarii nuncupat. Provinciæ Thuscæ Anglonen. Diocesis. Ordinis Cisterciensis Sancti Bernardi, & Reunionis Provinciæ Calabriæ ejusdem Ordinis, inter dilectos Filios superiores utriusque Provinciæ super, Infrascriptis Dubiis vertente Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Anglonen, seu Ordinis Cisterciensis Antiquissimum & Insigne Monasterium S. Mariæ Sagittarii Ordinis Cisterciensis situm in Provincia Basilicatæ, seu Lucaniæ Diocesis Anglonen. in Regno Neapolis, quod ante an-

num 1633. a suo Superiore Regulari de se se regebatur, fuit ad preces Superiorum Calabriæ a san. mem. Urbano VIII. qui omnia Monasteria Cisterciensium exercebat in Provincias, de dicto anno 1633. unitum Provinciæ Calabriæ, & Lucaniæ, sed quia modico annorum intervallo sub regimine Calabriæ in Disciplina Regulari, & substantiis notabiliter decreverat, provide facta. me. Alexan. VII. ad obviandum tot malis (audito voto clar. mem. Card. Franciotti tunc ejusdem Ordinis Protectoris, bon. me. R. P. D. Fagnani, & de Alteriis hujus Sac. Congregationis tunc Secretariis, postea san. mem. Clem. X.) Motu proprio, & matura deliberatione segregavit a Provinciæ Calabriæ, & sub die 1. Octob. 1664. univit, & aggregavit Regimini Cisterciensium Provinciæ Thuscæ, sub quo Gubernio pacifice, & cum Incremento spirituum, & temporalibus Patres vixerunt, Regnantibus san. me. Alexan. VII., & Clem. IX. & solummodo ad san. mem. Clem. X. reclamantibus Patribus Regiminis Calabriæ, fuerunt eorum preces a Sanctissimo remissæ huic Sac. Congregationi: quæ auditis prius relationibus trium Archiepiscoporum Viciniorum Regni, scilicet Mathevanensis, S. Severinæ, & Rosanensis, causa mature discussa referentibus clar. mem. Card. Imperiali, & Cybo, post plures propositiones sub die 15. Martii 1674. prodiit resolutio. Observandum esse Breve san. mem. Alexan. VII. super unione Monasterii S. Mariæ Sagittarii facta Congregationi S. Bernardi ejusdem Ordinis Provinciæ Thuscæ: a qua resolutione non reclamant Patres Regiminis Calabriæ nisi de anno 1699. quo tempore remissis eorum precibus a san. me. INNOCEN. XII. ad Sacram Congregat. super statu Regularium, eadem sub die 13. Januarii 1699. rescripsit = servandam esse resolutionem anni 1674. = Postmodum PP. Regiminis Calabriæ anno 1726. inauditis PP. Regiminis Thuscæ extorsere a san. mem. Benedicto XIII. Breve subreptitum & obreptitum reunionis ejusdem Monasterii præfatæ eorum Provinciæ Calabriæ, sed recurrentibus postea PP. Superioribus Regiminis Thuscæ, & Monasterii S. Mariæ Sagittarii ad SS. D. N. Clementem PP. XII. feliciter regnantem pro aperitione oris adversus d. Breve, ac remissis eorum precibus ad hanc Sacram Congregationem, referente prius clar. mem. Card. Nicolao Spinula, & postmodum Eminentissimo, & Reverendissimo D. Card. Porzia, disputata fuerunt infrascripta Dubia = Primo = An intret arbitrium pro aperitione oris adversus Breve san. mem. Benedicti XIII. in casu, & quatenus affirmative = Secundo = An sit standum prædicto Brevi, seu potius alteri san. mem. Alexandri VII. in casu &c. Sac. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiorum, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita referente Eminentissimo Domino Cardinali de Porzia Ponente Partibus auditis ac re mature per-

CXCVIII.

Indulgentias alias concessas pro visitantibus Ecclesias, seu Oratoria Missionariorum Capuccinorum Gallorum in partibus Infidelium existentium, etiam pro Animabus Christianissimorum per modum Suffragii applicari posse benigne indulget.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Petita Apostolica confirmatio.

Conceditur.

Sic ubique judicandum.

Obstantium derogatio.

Dat. die 1. Aprilis 1737. An.VII.

perpensâ ad supra scripta Dubia sequentem in modum respondendum censuit, prout respondit, videlicet = Ad primum Affirmative = Ad secundum servandum esse Decretum Alexandrinum. Romæ 17. Septembris 1736. = Repposita vero causa, sub infrascripta die Ponente eodem Eminentissimo de Porzia, ipsamet Sacra Congregatio rescripsit = Pro executione Decreti emanati sub die 17. Septembris 1736. Romæ 15. Februarii 1737. Card. Franciscus Barberinus C. Arch. Calcedonen. Sec. Loco * Sigilli.

§.2. Cum autem sicut dilecti filii Monachi primodiâ Monasterii nobis nuper exponi fecerunt ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem præsentibus Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Provincialium, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Aprilis 1737. Pont. nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius. Bull. Rom. Tom. XIV.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Cherubinus de Noves Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum professor, ac dilectorum filiorum Missionariorum Gallorum, & Hybernorum ejusdem Ordinis in partibus Hæreticorum, & Infidelium existentium in Romana Curia Procurator nobis nuper exponi fecit alias Nos omnibus utriusque Sexus Christianissimorum vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis, seu Oratoriis dictorum Fratrum Missionariorum, Mulieribus vero, quibus ad illas, seu illa liber non pateret accessus, seu ingressus, quæ aliam Ecclesiam, seu Oratorium Catholicorum earumdem partium a Custode, vel Præfecto Missionum hujusmodi designandum in festis diebus sub certis modo, & forma tunc expressis visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces efudissent, quo die ex prædictis id egissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 20. Maii 1735. Pontificatus nostri Anno V. expeditis literis plenius continetur.

Indulgentias alias concessas.

Pro animabus Defunctorum applicari concedit.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat Christianissimos illas Indulgentias Christianissimorum Defunctorum animabus per modum suffragii applicari posse plurimum desiderent, Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Christianissimorum prædictis, ut Indulgentias plenarias iisdem diebus, quas de cetero consecuti fuerint, Christianissimorum Defunctorum animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium ibidem perpetuo concedimus, & indulgemus in contrarium facien, non obstantibus quibuscumque.

§.3. Volumus autem quod earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis eadem addit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Aprilis 1737. Pont. nostri Anno VII.

Dat. die 9. Aprilis 1737. An.VII.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum super approbatione Sententiæ Episcopi Pisaurensis de casu excepto a Decretis Urbani VIII. sive de Cultu immemorabili præfatio B. Micheline Viduæ Pisaurensis Tertii Ordinis S. Francisci.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Mulieres fortes, quæ præsertim opibus Seculi, potentia Propinquorum, nobilitate originis, & juventute, ac pulchritudine decoratæ, amissis Maritis, & Filiis, & cunctis despectis, per gratiam Spiritus Sancti accinctæ robore, in Spiritu ambulantes, ad pedes advolutæ Christi, quasi ipsum tenentes, elegerunt abjectas esse in Domo Dei, & per arduas Christianæ perfectionis semitas in odorem unguentorum Cœlestis Sponsi alacres cucurrerunt, eo majoribus in Catholica Ecclesia præconiis sunt condignæ, quo fortius sexus infirmitatem transgredientes, luculentioribus præluxerunt exemplis, ut ceteræ Mulieres earumdem vestigia sectantes, immarcescibilem gloriæ coronam in cœlis cum ipsis accipere mererentur. Quamobrem Apostolicæ servitutis officium, quod inscrutabilis divinæ Sapientiæ, atque Bonitatis altitudo humilitati, tenuitatisque nostræ credere dignata est, ad spirituales fidelium ædificationem salubriter exequi, aspirante superni favoris auxilio, jugiter fatagentes, Mulierum hujusmodi, quas non solum eximiarum Christianæ pietatis virtutum præsidio, sed etiam Signorum splendore insignes æternæ felicitatis participes fecit misericordiarum Pater, Cultum, & Venerationem in terris libenter promovemus, cum maxime accedentibus Virorum, & Regia Majestate, & Ecclesiastica dignitate, & Religionis virtute, fulgentium votis, ad divini honoris decus, & militantis Ecclesiæ incrementum maximopere conducere conspicimus.

Introducitur Cause Canonizationis B. Micheline in Congregatione Rituum.

§.1. Cum itaque alias ad relationem Dilecti Filii nostri Vincentii Ludovici S. R. E. Presbyteri Cardinalis Gotti nuncupati commissio introductionis causæ Canonizationis B. Micheline Viduæ e Nobili Metellorum Gente Civitatis nostræ Pisaurensis Tertii Ordinis S. Francisci in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum habita die 11. Augusti anni 1736. proxime elapsi admittitur, & a nobis postmodum signata fuisset.

Processus in Curia Pisaurensis & latum Decretum super Cultu immemorabili.

§.2. Subinde vero instantibus Dilecto Filio nostro Fabio ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali de Abbatibus Oliverio nuncupato, Secretario Brevium nostrorum Secretorum, & Dilecto Filio Vincentio de Comitibus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium etiam nuncupatorum Ministro Generali hujusmodi Causæ postulatoribus, processus in Curia Episcopali Pisaurensi super Cultu ab immemorabili tempore ipsi Beatæ præfatio, sive super ca-

su excepto a decretis fel. rec. Urbani Papa VIII. Prædecessoris nostri auctoritate ordinaria formatus, in quo Ven. Frater Philippus Episcopus Pisaurensis Sententiam super prædicto Cultu protulerat, in eadem Congregatione Cardinalium examinatus, simulque a dicto Vincentio Ludovico Cardinale propositum fuisset Dubium: An Sententia prædicti Philippi Episcopi lata super casu excepto a decretis ipsius Urbani Prædecessoris, sive super Cultu publico ab immemorabili tempore dictæ Beatæ præfatio confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur. Et eadem Cardinalium Congr. resolutionem distulisset, atque interea mandasset fieri diligentias in Civitate prædicta Pisaurensi pro perquisitione, ac transmissione ejusdem Modi vivendi, Regule, & Capitulum dictæ Beatæ adscriptorum: atque hæc diligentiis expletis, novissime delatus fuisset ad hanc Almam Urbem nostram parvus processus a præfato Episcopo Pisaurensi confectus, & idem Vincentius Ludovicus Cardinalis Gotti Ponens die 6. currentis Aprilis relationem fecisset omnium contentorum in dicto parvo processu, unde constat, nihil fuisse repertum, & eadem Congregatio Cardinalium censuisset posse procedi ad ulteriora; Subindeque repropósito præfato Dubio super Confirmatione Sententiæ, matureque discusso processu informativo hac de re constructo, & tam in voce, quam in scriptis Dilecto Filio Magistro Ludovico de Valentibus in utraque Signatura nostra Referendario, nostro & Apostolicæ Sedis Notario Protonotario nuncupato supra numerum participantium, ac Fidei Promotore desuper audito: memorata Congregatio Cardinalium responsum edidit: Affirmative.

§.3. Hinc est; quod Nos piis Charissimi in Christo Filii nostri Jacobi Magnæ Britanniæ Regis Illustris votis, & enixis dimissisque tam prædicti Fabii, quam aliorum etiam ipsius S. R. E. Cardinalium, & Venerabilium Fratrum Archiepiscopi, & Episcoporum Status nostri Urbinatensis, necnon præfati Vincentii Ministri Generalis precibus hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eoque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes; supplicationibus eorundem nominibus nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, quod scilicet de casu excepto a Decretis prædicti Urbani Prædecessoris, sive de Cultu publico ab immemorabili tempore dictæ B. Micheline præfatio constat, auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Aprilis 1737. Pont. nostri Anno VII.

Probatum a Congregatione hujusmodi Decretum.

Confirmatio a Pontifice.

Clausula confirmatoria.

spe-

AN. CH. 1737.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Aprilis 1737. Pont. nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

C. C. Indulgentia Plenaria omnibus Christianidelibus, qui Orationi Quadraginta horarum in Ecclesiis Patrum Capuccinorum interfuerint.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ea, per quæ Christianidelium salus procuratur Animarum, libenter intendimus, eoque favore prosequimur opportuno.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum Oratione quadraginta horarum ad Animarum salutem augendam in Ultramontanis partibus in Ecclesiis Civitatum, & Locorum ubi ipsi Conventus habent, insituere soleant; Nos piis, & Sanctum, necnon Deo acceptabile opus hujusmodi promoveri cupientes, omnibus utriusque Sexus Christianidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem receptis, qui Orationi quadraginta horarum hujusmodi continuatarum (non autem nisi noctis tempore interpolatarum) de licentia Ordinarii locorum in quibuscumque Ecclesiis dictorum locorum semel in anno insituendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, ac Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§.2. Omnibus vero, & singulis Confessariis ab Ordinariis locorum respective approbatis, qui in Ecclesiis prædictis occasione dictæ Orationis ad audiendas Confessiones deputati fuerint, omnes, & quoscumque utriusque Sexus Christianideles pœnitentes ab omnibus quibuscumque in præ-

teritum usque ad diem datæ presentium commissis criminibus, & excessibus etiam nobis, & Apostolicæ Sedi reservatis, hæresis, simonia, ac duelli, & violationis clausuræ Monasteriorum Monialium, & recursus ad Judices laicos contra formam Sacrorum Canonum exceptis, necnon excommunicationis, aliisque sententiis censuris, & pœnis, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis in præteritum similiter usque ad diem datæ presentium incurtis, imposita cuilibet arbitrio suo pœnitentia salutari in foro conscientie tantum absolvendi facultatem, & auctoritatem pro prima vice tantum tenore presentium concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque quoad Indulgentiæ hujusmodi concessionem ad septennium proximum tantum valituris.

§.4. Volumus autem, ut presentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ seu Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Maii 1737. Pont. nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

Obstantium derogatio.

Fides Transumptorum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Maii 1737. Pont. nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

C. C. I.

Confirmantur Capitulationes a Parochis Almæ Urbis factæ, & Decretum super iisdem a Cardinale Vicario editum pro bona directione Collegii dd. Parochorum.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte Collegii dilectorum filiorum Parochorum hujus Almæ Urbis nostræ expositum Nobis fuit, quod cum ipsi Parochi, ut assiduis præjudiciis contra Jura Parochialia, & decreta statuti Cleri Romani quotidie occurrentibus provideretur, statuerint in singulos annos conferre unum quinarium vulgo grossum monetæ pro quolibet centenario numero animarum solvendum in die octava Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi ex Majoribus adventitiis pecuniis vulgo incerti nuncupatis, quæ ex funeribus percipiuntur, ut ex ea assignatione & Procuratori stipendium detur, & impense ad præfatam causam necessariae fiant, ac proinde ad bene dirigendas lites & examinandum, quæ ex iisdem litibus intentanda, & defendenda sit, constituerint secretam Congregationem constantem ex Camerario Cleri, & decem Parochis, sex videlicet secularibus, & quatuor regularibus quotannis pro-

Statuta nonnulla a Parochis Urbis edita.

Obstantium derogatio.

Fides Transumptorum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Maii 1737. Pont. nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

Obstantium derogatio.

Fides Transumptorum.

AN. CH. 1737.

eorumdem medietate mutandis, ut quinque illorum concilii rerum prateritarum remaneant, cum facultatibus eidem Congregationi eligendi, & mutandi Ministros stipendiarios, nominandi Parochos pro eadem Congregatione deputatos, assignandi ipsi munera, de collatitia pecunia disponendi, & interpretandi in dubiis omnes capitulationes ab ipsis factas, quae quidem omnes & singula a dilecto filio nostro Joanne Antonio S.R.E. Presbytero Cardinale Guadagni nuncupato in Urbe praefato Vicario in spiritualibus generali decreto interposito approbatae sunt, tenoris qui sequitur, videlicet:

Esso Vicario porretha pro obtinerda confirmatione.

§.2. Eminentissimo, e Reverendissimo Signore. Il Collegio de Parochi di Roma umilissimi Oratori del' E. V. con tutto l'ossequio le rappresentano come nella Congregazione adunata li 22. Febrajo scorso dal Camerlengo del Clero con la benigna permissione dell' E. V., tra l'altre cose, che ivi fu discorsio, si trattò delli molti pregiudizj, che alla giornata accadono contro il Jus Parochiale, e che a questi non si da alcun riparo, perchè trattandosi di liti dispendiose, ogni Parocho sfugge di farle, per utilizzare più al proprio interesse, che a quello commune de Parochi: onde per provvedere a si continui disordini, e pregiudizj, come ancora per mantenere sempre in viridi osservanza lo statuto del Clero, fu colla maggior parte de voti creduto expediente, di annualmente farli la contribuzione di un grosso per ogni centinaio d' Anime, e da pagarsi da ehi gode gl' incerti maggiori ne funerali per poter con quest' assegnamento tenere un Procuratore per la difesa del detto Jus Parochiale, e delle disposizioni statutarie del Clero, per pagare le spese di copie di scritture, Stampe, Avvocato, ed altre cose necessarie.

Fu anche deputata una Congregazione particolare composta del Camerlengo del Clero con dicifette Parochi, nove Secolari, e otto Regolari quali furono:

SECOLARI.

S. Pietro in Vaticano.
S. Maria in Trastevere.
SS. Lorenzo e Damaso.
SS. Celso e Giuliano.
S. Maria in Grotta Pinta.
S. Lorenzo a Monti.
S. Benedetto in Piscivola *stati già Camerlenghi del Clero.*
S. Biaggio della Pagnota.
S. Tomaso a Cenci.

REGOLARI.

S. Lorenzo in Lucina.
S. Nicolò a Cesarini.
SS. Apostoli.
S. Agolino.
S. Maria sopra Minerva.
S. Maria del Popolo.
S. Maria in Monterone.
S. Maria della Pace.

Qual Congregazione dovèsse stabilire, quando si dovèsse fare il pagamento della sudetta contribuzione, da chiesigersi, e tutt' altro per poter ben regolare la difesa delle liti, e del modo, e forma da tenersi nell' adunare per l' avvenire una Congregazione segreta. Al tenore dunque di tal deputazione, fu adunata la sudetta Congregazione particolare li 13. Marzo scaduto, & in essa fu determinato.

§.3. I. Che li dicifette di sopra nominati Deputati della Congregazione Generale, tenuta li 22. Febrajo, doveranno restare fino alla Congregazione Generale da tenersi doppo la Pentecoste dell' anno 1738. per bene incaminare le liti, ed ogn' altra cosa, e nella Congregazione, che da loro preventivamente si terrà, correranno la Bussola per tutti loro, e quelli tre de Parochi Secolari, e li due de Regolari, che averanno maggior numero de voti favorevoli, restaranno Deputati della Congregazione segreta per il futuro anno.

II. In avvenire poi la Congregazione segreta costerà di soli dieci Parochi con il Camerlengo, cioè sei Secolari, e quattro Regolari.

III. Di questi dieci Parochi uno sarà Camerlengo, due Sindici, un Segretario, un Archivistà, e gl' altri Deputati alle liti.

IV. Per gl' altri cinque Deputati da eleggersi di nuovo, due de Parochi si nomineranno dal Camerlengo del Clero, cioè un Secolare, ed un Regolare, ed uno per ciascheduno dalli Deputati della Congregazione segreta, quali nominati si balloteranno poi nella Congregazione Generale, restano eletti quelli cinque, che averanno maggior numero de voti favorevoli, cioè tre de Parochi Secolari, e due de Regolari; E quando mai per qualsivoglia contingenza, a riserva però del caso d' uguaglianza de voti, come si spiegarà in appresso, non seguisse l' elezione, o nascesse qualche dubbio circa la di lei validità, s' intenda devoluto il jus eligendi delli cinque nuovi Deputati, da sciegliersi dalli detti dodici già proposti alla Congregazione segreta.

V. La distribuzione degli accennati uffici si farà dalla Congregazione segreta.

VI. In caso di morte di qualchuno della medesima Congregazione segreta, questa eleggerà in luogo del Defonto uno delli Deputati dell' anno antecedente, che non furono confermati, quale supplirà per il restante dell' anno.

VII. Se fosse uguaglianza de voti nella conferma de Deputati, o nell' elezione de nuovi, i nomi di quelli si metteranno nella Bussola, ed il primo che sarà estratto, resterà confermato, ed eletto.

VIII. Questo sistema tanto nella conferma delli Deputati, che nella nomina de nuovi, e nella elezione di questi, si praticarà ogn' anno, affinché nella Congregazione segreta sia sempre la metà dei Deputati già informati.

IX. La contribuzione d' un grosso per ogni centinaio d' Anime stabilita nella sudetta

Tenor Statutorum.

detta Congregazione generale si farà a proporzione del numero dell' Anime, che si da annualmente nella segreteria del Sig. Cardinal Vicario.

X. Qual contribuzione ragguagliatamente un' anno per l' altro ascenderà a scudi settantacinque, de quali si potrà pagare scudi Trentasei al Procuratore, scudi Tre al Mandatario per tutte le Citazioni, e li scudi Trentasei, che restano, serviranno per far scrivere l' Avvocato, per copie di scritture, per stampe, ed altro, che possa occorrere.

XI. Tal pagamento si dovrà esigere ogn' anno dentro l' ottava dell' Ascensione del Sig. dalli Quattordici Parochi Prefetti, rispettivamente dalle Chiese loro subalterne.

XII. Il Parocho Camerlengo esigerà poi il detto denaro dalli sudetti Prefetti, e lo depositerà nel Sacro Monte della Pietà a credito del Collegio de RR. Parochi di Roma.

XIII. I pagamenti sempre si faranno con ordine fatto dal Segretario della Congregazione segreta, sottoscritto dal Camerlengo del Clero, e da due Parochi antiquiori, che si troveranno nella Congregazione segreta, e dall' istesso Segretario.

XIV. Ogn' anno fra l' Ottava dell' Ascensione il Camerlengo del Clero convocherà la Congregazione segreta, nella quale si confermeranno cinque della medema, e si nomineranno gl' altri da eleggersi nella Congregazione Generale da farsi ogn' anno doppo la Domenica dello Spirito Santo nel modo, e forma, che si è detto di sopra.

XV. La Congregazione segreta averà ampia facoltà di rimuovere il Procuratore, ed altri stipendiati, quando sieno morosi, e negligenti nel loro ufficio, e potrà eleggere il nuovo, senza che sopra di ciò abbia veruna ingerenza la Cong. Generale.

XVI. La predetta Congregazione si adunerà almeno una volta il Mese, e vi dovrà intervenire anche il Procuratore.

XVII. Sarà obbligato il Procuratore a difendere tutte quelle cause, che riguardano al Jus Parochiale, e tutte quelle delle mercedi de funerali di ciascuna Chiesa Parochiale ad ogni richiesta del Parocho istante.

XVIII. Per quello poi, che riguarda all' Jus Parochiale spetterà alla medema Congregazione segreta l' esaminare maturamente, prima d' assumere qualunque lite, se la di lei decisione possa formare favorevole stato al ceto Parochiale.

XIX. E anche determinerà, se si debbino difendere dal Procuratore quelle liti, che occorreranno al Camerlengo del Clero per mantenere il Jus, e decoro del Camerlengato, o quando vi sia dissensione, si deve sentire il parere del Esso Sig. Cardinale Vicario.

XX. La sudetta Congregazione segreta abbia la piena facoltà, d' interpretare, e spiegare tutte e ciascheduna delle sudette disposizioni, in caso, che nasca qualche dubbio sopra la loro intelligenza.

XXI. Quanto si è di sopra riverentemente esposto all' E. V. fu letto in Congregazione Generale, tenuta li 6. del corrente mese di Maggio, e dalla medema si è approvato il tutto, dando anche ampia facoltà alla predetta Congregazione particolare di eleggere il Procuratore, e destinare gl' altri, che occorreranno per il buon regolamento, ed ancora di sottoscrivere a nome di tutti la presente supplica. Gl' Oratori per tanto umilmente supplicano l' E. V. a volerli degnare di approvare con suo special decreto tutte le sudette determinazioni, affinché sempre abbinno il loro vigore, e restino obligate tutte le Chiese Parochiali per l' accennata contribuzione, che della grazia &c.

Giuseppe Canonico Lancisi Camerlengo del Clero.
Antonio Ricci Curato di S. Pietro in Vaticano.
Francesco Antonio Spadea Parocho di Santa Maria in Trastevere.
Girolamo Vasselli Curato di S. Lorenzo in Damaso.
Antonio Piervenzani Parocho di S. Benedetto in Piscinola.
Adeodato Barcali Parocho di S. Biaggio in strada Giulia.
Giuseppe Cianti Parocho di S. Lorenzo a Monti.
Gio. Battista Valeriani Arciprete di S. Celso, e Giuliano.
Gasparo Ori Rettore di S. Tomaso a Cenci.
Gio. Domenico Farfetti Abb. e Rettore di Grotta Pinta Segretario.

REGOLARI.

Antonio Datodi Curato di S. Lorenzo in Lucina.
F. Tomaso Maria Marini Curato di S. Maria del Popolo.
F. Bonaventura Ferreri Curato di SS. Dodici Apostoli.
D. Gio. Battista Oddi Parocho a Cesarini.
F. Tomaso di S. Carlo Parocho di S. Maria in Monterone.
D. Camillo Tacchetti Curato della Pace.
F. Gio. Primieri Curato della Minerva.
F. Gio. Domenico Guazzeroni Parocho di S. Agostino.

§.4. Cum ad tuenda Jura Parochialia, & dispositionem statuti Cleri Romani Congregatio Parochialis R. R. Parochorum Urbis per Nos ad hunc effectum specialiter deputata maturo desuper habito Consilio ad superius transcriptas provisiones communi concordiae voto devenerit, ut scilicet unumquique Parochus certam annuam taxam proportionabiliter contribuat ad rationem videlicet obulorum quinque pro singulis centenis animarum in sua respective Parochia degentium, ut ita accedente hoc annuo proventu deveniri possit ad electionem diligentis, probatique Patroni causarum, qui Jura universi casus Parochorum facta, teclaque servet, atque & superextantibus pecuniis, judicialibus quo-

Approbatà a Cardinali Vicario.

quoque, & extrajudicialibus sumptibus succurratur, ne in posterum, prout dudum fortasse non raro evenit, Parochi hujus Almae Urbis gravi litium impendio perteriti, irreparabile sibi, & successoribus inferant praedictum, proinde auctoritate, qua in hac parte fungimur, & ex debito, quod ratione muneris Vicariatus Urbis nobis incumbit, ne Jura Ecclesiarum Parochialium, & Satisfactiones ejusdem statuti Cleri Romani indefensa remaneant, Resolutiones, & Provisiones praefatas modo, & forma in supradicto libello expressis approbamus, & confirmamus, easque impostum ab omnibus Parochis hujus Almae Urbis inviolabiliter servari volumus, & mandamus. In quorum &c. Datum ex aedibus nostris Postridie nonas Maii 1737.

F. I. A. Cardinalis Vicarius loco * Sigilli visa Stephanus Palliani Auditor.

Confirmatione Apostolica roboratur.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praefati Parochi Capitulationes, & Decretum hujusmodi, quo firmius subsistant, & ferventur exactius, Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti, & alias opportune in praemissis a nobis provideri summo opere desiderant. Nos ipsos Parochos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationibus, & Interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praesertim Capitulationes, & Decretum cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adicimus.

Sicque ubique servandum praecipitur.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Collegii etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis

alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 27. Maii 1737. Pont. nostri Anno VII.

Dat. die 27. Maii 1737. An. VII.

C C I I.

Confirmatio literarum Procuratoris Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum, quibus declarat novum Conventum, & Ecclesiam SS. 40. Martyrum de Urbe ad Fratres Discalceatos nationis Hispaniae, & Indiarum tantum pertinere.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, Secretarius Generalis Curiae tam dictorum Discalceatorum, quam Recollectorum, quod iussu nostro capta pacifica possessione Ecclesiae, & loci Sanctorum quadraginta Martyrum Almae Urbis nostrae pro erigendo Conventu Reformationis S. Petri de Alcantara, & residentia Procuratoris Generalis pro tempore existentis ejusdem Reformationis, & retinendi familiae competenti ad servitium Chori, atque Ecclesiae, & observantiam disciplinae Regularis; Dilectus filius Gildardus Duflos modernus Procurator Generalis praefati Ordinis cupiens praecavere plurima inconvenientia, quae decursu temporis oriri possent, si familia praefati novi Conventus foret promiscua diversarum nationum, quae penderent a generali ejusdem Procuratore, pro suo Justitiae, boni communis, & disciplinae regularis zelo communicatis etiam Consiliis cum ipso Petro Joannetio, & approbantibus Provinciis interessentibus, convenit, & declaravit, quod novus Conventus SS. quadraginta Martyrum, ut praefertur, tantum esse Fratrum Discalceatorum nationis Hispaniae, & quod solummodo iidem Discalceati Hispani deberent, & possent componere Communitatem, seu familiam praefati Conventus, reservato tamen Procuratori generali pro tempore existenti cujuscumque fuerit nationis Jure in eodem Conventu cum suis necessariis Ministris quos hactenus haberi consuevit, residendi, ut latius continetur in literis a praefato Gildardo Priore generali subscriptis, quae sunt tenoris sequentis videlicet:

Procurator Generalis Ordinis ad tollenda diffidia praecavet ne in Conventu 40. Martyrum Fratres admittantur aliarum Nationum praeter Hispaniam.

Literas hac super se dat.

§. 2. Ego infra scriptus F. Gildardus Duflos Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia mature perpendens, quod Provincia Discalceatorum Hispaniae ex communibus elemosynis, vel etiam ex emendicatis, & procuratis ad hunc finem administraverunt summam scutor. 2032. mo-

mobeta Romanae cum qua effectuatam est emptio loci SS. 40. Martyrum pro fundatione novi Conventus in Urbe, & insuper administraverunt aliam summam scutorum 1614. pro emptione alterius Domus D. Abbatis Josephi de Herrera Hispani, quae est contigua dicto loco fundationis. Et alias pecuniarum summas mittere disponunt ad effectum reducendi ad formam Regularem eandem novam fundationem. Et praeterea plura mobilia miserunt signanter pro Ecclesia, & Sacristia.

Considerans ulterius, quod Provincia Portugalliae nihil profus miserunt, neque mittere disponunt ad hunc finem. Provincia autem Recollectorum Galliae, licet ante inceptam fundationem se se exhibuissent ad contribuendum effectuationi ejusdem cum competenti summa pecuniarum: modo tamen se excusant aliqua adducendo deficientiam elemosynarum, & alia protestantes se nolle concurrere nisi omnes aliae ejusdem nationis effectue concurrant; Unde fit, quod nulla sit spes, quod dictae fundationi contribuant. Et ego solus pro meo posse contribui applicando, uti effectue applicavi usque modo summam scutorum 220. mobeta Romanae ad me missa pro mea, & sciorum meorum mantentione, principaliter a mea Provincia S. Andreae in Belgio: Quae quidem summa partim inservivit pro aliquibus mobilibus comparandi, & residuum pro communibus expensis pro victu. Et insuper paratus sum ad contribuendum eodem modo in posterum cum elemosynis, quae ad me mittentur, ut omnia exactius constabunt ex Registro hujus novae Fundationis.

His omnibus attentis, quae uti vera sunt coram Deo, ea pro Justitia cuique debita volui explicata, & quod Provinciae Recollectorum mihi replicatis literis significaverunt se non curare de hac eadem fundatione propterea, ne eadem praepediatur, & opus cum consensu Communitatis Provinciarum inceptum ad majorem Dei gloriam cum ejusdem detrimento, & etiam boni communis nostrae Reformationis evanescat, declaro, & gratum habeo, id exigente justitia, hanc novam fundationem jam inceptam in loco Sanctorum 40. Martyrum Urbis pertinere ad Provincias Discalceatorum Hispaniae, neque aliae nationes poterunt praetendere jus mittendi Fratres de familia ad hunc novum Conventum, sed tantummodo dictae Provinciae Discalceatorum Hispaniae, comprehensis Provinciis Indiarum Catholico Regi subjectarum; salvo tamen remanente Jure Procuratoris Generalis cujuscumque sit nationis residendi in dicto Conventu cum suis necessariis Ministris, & recipiendi advenas, & forenses Discalceatos, & Recollectos, ad Urbem quoquomodo accedentes ad tenorem Decreti Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium emanati sub die 16. Decembris anni Domini 1735. pro peragenda hac nova fundatione. Et ita declaranda hac nova fundatione. Et ita declaranda omni meliori modo &c. In hoc nostro Conventu S. Paschalis Baylon, & Sancto Bull. Rom. Tom. XIV.

rum quadraginta Martyrum Urbis hac die 12. Julii anni Domini 1736.

Et ego infra scriptus Secretarius Generalis Curiae ex parte Provinciarum Discalceatorum Hispaniae, & Indiarum acceptavi dictam declarationem, & respective praeservationem. Et insuper promitto, quod ubi haec nova fundatio erit in statu mantinendi competentem familiam, & fabrica Conventus existet convenienter disposita ministrabit victum, & vestitum Procuratori generali pro tempore, & ipsius necessariis Ministris quando sufficienter ad omnia ejusdem Conventus elemosynae. In quorum fidem has praesentes literas dictus admodum R. P. Commissarius iussit majori Sigillo sui officii, & utriusque subscriptione in dictis Conventu, die, mense, & anno quibus supra F. Gildardus Duflos qui supra. Fr. Petrus Joannetius, & Molina Secretarius Generalis Curiae. Loco * Sigilli.

Hujusmodi declaratione confirmari petita Pontifice

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat supradictus Petrus Joannetius eodem Gildardo Procuratore generali approbante praemissa, quo firmius subsistant, ac ferventur exactius, Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret.

Benigne concedit Clemens

§. 4. Nos ejusdem Petri Joannetii votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Petri Joannetii nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praesertim literas, & in eis disposita, & contenta quaecumque auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adicimus.

Hanc Constitutionem perpetuo servari mandat.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore, quodcumque spectabit, plenissime, suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinis praefati etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro ple-